



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs LXII. Nonné Deo subiecta erit anima &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](#)

*Ante tuam ut teneat faciem felicia sceptrum,  
Sit bonitas custos ipsius atque fides.  
Sic mea vox nunquam tibi psallere desinet, aris  
Perpetuoque feram vota sacrata tuis.*

## PSALMVS LXII.

Nonne Deo subiecta erit anima &c.

*S*it mea vita licet mille irretita periclis:  
Joua mihi est rupes, spes mea firma Deus.  
Est etenim clypeus, firmissima turris, asylum,  
Vnde mihi casus non nocuere graues.  
Tenditis insidias cur tot mihi, tamquam diurnum,  
Ceu fragili muro, ut concidat ante diem?  
Opprimar ut facile a multis, mendacia fingunt,  
Nectar in ore ferunt, corde venena fouent.  
At mea spes Deus est, anima huic innititur vni,  
Nam mihi praesidio est semper eorum auxilio:  
Arx mea, perfugium, scutum, firmissima turris,  
Quem metuam casum, te relevante Deo?  
Tu mea spes, roburque meum, mihi puppis et aurae,  
Grande decus, dulcis gloria, certa salus.  
Sperate in Domino, coram hoc effundite corda,  
Inuictum auxilium non aliunde venit.

Q

Sunt

Sunt homines vani: magnates vanalоquuntur,  
Si trutina imponas, videris esse nihil.  
Ne vos dimitia per fasq; nefasq; parata  
Seducant: neu vos irrita vota trahant.  
Si tibi dimitia creuerunt sorte benigna,  
Ne cor sollicitum pendeat inde tuum.  
Multoties Dominum percepi hæc verba loquentes:  
Omnipotens quod sit nemo, nisi ipse Deus.  
Quod tu propitius sis, quodq; Jebona rependas  
Omnibus, hi factis ut meruere suis.

### PSALMVS LXIII.

Deus, Deus meus, ad te de luce &c.

**Q** Vid moror eterni Domini, q condidit orbem,  
Mane mea validam querere voce manu?  
Pressa caro petit hunc, contritum pectus anhelat,  
In terra liquor est hac tibi nullus aqua.  
Nomen quo ro tuum laudabile, robur, honores  
Quaro tuos, cupio cernere sacratua.  
Inde fit, ut labiis celebrem tua nomina latis,  
Cum tua sit bonitas hac mihi luce prior.  
Propterea grates tibi, dum mihi vita manebit,  
Gratus agam, tollens ad tua tempora manus.

Non